

*Giovanni Ruffo, conte di Catanzaro
fa transuntare la bolla di nnocenzo IV*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Giovanni Ruffo, conte di Catanzaro
fa transuntare la bolla di nnocenzo IV*

1322-02-16

In nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo mense februari, decimo eiusdem, sextae indictionis; regnante Serenissimo Domino nostro Rege Roberto Dei gratia Ierusalem et Sicilie inclito Rege, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Provincie, et Folcalquerii, ac Pedimontis Comite, regnorum vero Sicilie anno quarto decimo feliciter Amen.

Nos Nicolaus de notaro Ioanne Iudex civitatis Catanzarii, Nicolaus de Angelo Regius publicus Civitatis eiusdem Notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati, presenti scripto publico notum facimus et testamur, quod nobis vocati ad praesentiam magnifici Domini Ioannis Ruffo de Calabria illustris Domini Catanzarii, idem Dominus comes ostendit nobis et publice legi fecit quoddam privilegium Sanctissimi Patris et Domini nostri Innocentii Papae, sua nota et consueta bulla plumbea pendente, cera rubea et stannea sigillatum, quod vidimus, legimus, et inspeximus diligenter in sui vera figura et forma, et recta linea existere, et omni vitio et suspitione carere, deprecans nos qui supra Iudicem et Notarium nostrum super hoc officium implorando, et testes subscriptos. Ut quia oportet ipsum de prefatus Privilegium continentia et tenore Curiam informare. Ipsum originale privilegium publicare, et in publicam formam redigere deberemus, eidem iudiciali nostra interposita auctoritate, dubitans ne predictum originalem privilegium aliquo modo seu quocumque casu amicteretur. Nos autem predicti Domini Comitis precibus inclinati eius iustis predictum originalem privilegium publicavimus et in praesentem publicam formam redigimus et nostra interpositione

auctoritate nihil addito, mutato seu diminuto, de verbo a verbum, prout in praesenti transumptato continetur, videlicet.

Factum scriptum est per manus mei predicti Regii publici Notarii nostrum, predictorum Iudiciis et Notarii, ac subscriptorum testium, signis et subscriptionibus roboratum. Actum et scriptum Catanzarii anno, mense, die, inditione predicti locus signi † Locus dicti signi. Ego Nicolaus de notaro Ioanne, iudex civitatis Catanzarii qui supra testor. † Ego Andreas de Neocastro visis authenticis et pro lectis testor. † Locus signi predicti, ego Ioannes Lumbardus viso autentico, et pro lecto testor. † Locus signi, ego Mar de Antiochia, nomine medicus, viso autentico et pro lecto, testor. † Locus signi, ego Thomasius Episcopus Catanzarii, viso autentico et pro lecto testor. † Locus signi ego Rubertus de Oliveriis Archidiaconus Catanzarii viso autentico et pro lecto testor. † Locus signi ego Rugerius Leculus viso autentico et pro lecto testor. † Locus signi ego Jacobus Perapallo viso autentico et pro lecto, testor. † Locus signi ego Nicolaus de Angelo, regium publicus civitatem Catanzarii Notarius praesens scriptum publicum scripsi, fidem facio. † Ego Notarius Ioannes Vincentius Iordanus de Neapoli supradictam copiam extractam esse a suo proprio originali, transumptata exhibito et restituti Domine Marie Ruffo principissae Scyllae et Comitisse Sinopolis et Nicotere et facta collatione concordat, meliori semper salva regius signavi rogitus, adest signum.